

p coniunctione; eorum consumato. non q̄ sp̄a
 viunctio in qua sp̄uſſā d̄ nō adest illū designet
 sed p ipm actum consumatum significat. Terci
 um sacramentū est ecclesie unitas ex omnib⁹
 gentib⁹ collecta. t̄ vni viro sc̄z cristo subiecta
 hoc sacramentū significat in eo qui vnicā tā-
 tum t̄ virginem habuit uxore facto postmodū
 clericō et ordinato. Vbi vero quis ab bigamia;
 siue ad secundū matrimoniu transit iā ab unita-
 te recedit. quia carnem suā in plures diuidit. et
 sic hulus terci sacramēti signacō in cō nō cadit
 quare p̄inoueri nō potest. Nam p̄motus unita-
 tem signare non posset. Preterea p secundū ma-
 trimoniū recebit a prioris coniunctiō m̄rimoniū
 Ecclesia vero ex quo se xp̄o coniunxit nunquam
 ab eo recessit. nec ip̄e ab ea. bigamus ergo ta-
 lem unitatē significare nō potest. Vn̄ merito ppter
 huius sacramēti defectū p̄inoueri non potest.
 Illud eciam nota q̄ sic statutū est in ocilio car-
 taginē. sponfus t̄ sp̄uſſa benedicendi a parenti-
 bus vel a paranimphis offerant ecclesie facerdo-
 ti. accepta autē benedictōne eadē nocte p reue-
 rētia benedictionis in virginitate permaneant.
 Ceterum nupcie benedicende sūt a facerdote cū
 precibus t̄ oblationibus ex institutiōne euaristi
 pape. Verumtamen vir et mulier ad bigamia;
 transiens m̄rimoniū strahendo non debet a pre-
 sibtero benedici. q̄ cum alia vice benedicti sint.
 eoꝝ benedictō nō iterari debet. Non ergo debet
 nupcie benedici. nisi vbi virgo. cū virginē stra-
 bit ppter rationem que p̄mit in p̄femio secūde
 ptis. ymo p̄sbiter qui benedictionē cu in secūda
 uxore celebrauerit. officio t̄ beneficio suspeſsus
 est ad sedem apostolicam mittendus. qđ quidaz.
 ab extortacōnem cōtinencie noscīt introductū
 Secundū quorundā locorū consuetudinez. si q̄s.
 strahit cum secunda virginē benedictio iterat̄
 et hoc si dominus papa sciat et tollerat. alioqui
 non valet. Dicunt etiā quidaz q̄ si aliqua virgi-
 nes strahentes nō fuerint bñdicti facti bigami-
 terū contrahendo poterunt benedici sed et si cō-
 trahentes fuerint benedicti. licet se non cognō-
 uerint carnaliter. non iteo itez contrahentes bñ-
 dicētur. De benedictō virginū dicetur in p̄femio
 sc̄de ptis. Notandum autē est q̄ vnu sacra-
 mentū dignius est alio quatuor modis. sc̄z rōe
 efficacie. vt baptism⁹. rōne sanctatis. vt eucari-
 stia. ratōne significaciōnis. vt iugium. Quibaz
 tamen non approbantistū modū. et racione ofe-
 rentis. vt cōfirmatio t̄ ordo. Sed querit̄ quare
 instituta sunt sacramēta. q̄ sine illis potuisset
 deus humano generi vitam eternam et graciā
 donasse. Responsio. ppter tria. Primo ppter hu-
 miliationē. ve dum homo ex tōi p̄cepto se reb⁹
 insensibilibus et se inferiorib⁹ reverent subicit
 ex hac obediencia magis apud deū mereat. Se-
 cundo ppter eruditionē. vt per id quod foris in
 specie visibili cernitur ad invisibilē virtutē que
 inter⁹ est agnoscendā mēs erubiat. Tercio
 ppter exercitationē. quia cum homo ociosus esse

non debet p̄donit̄ ut ille salubris expe-
 tatio in sacramentis qua vanaz t̄ noxiā tecim⁹
 occupacōnem. iuxta illub⁹. Semper aliquid boni
 opis facito ut dyabolus inueniat te očcupatū.
 Non ergo debent omitti p̄t̄ in precebeti titulo
 dictum est.

Incepit liber secundus de ministris t̄ ordi-
 nibus ecclesiasticis t̄ de eoꝝ officijs.

In hac secunda parte de ministris et ordinibus
 ecclesiasticis eoꝝ officijs tractare p̄uidimus.
 premitentes q̄ tres sunt secte famose. vitelicet
 Gentilium. Hebreworū. et Xpiānorū. Prima est
 erroris. Secunda veritatis. Tercia veritatis et
 salutis. In prima naufragam. In secunda a peri-
 culo eripimur. In tercia saluamur. Prima secta
 dicit̄ a secando. quia secat. id est separat nos a deo.
 Secunda t̄ tercia a sectando t̄ tenēdo. quoniam
 illuminant saluat̄ t̄ liberant. Xpiānorū p̄sona-
 tam seculares q̄z ecclesiastice ab alijs duab⁹ se
 etis sumptē fūt̄. Hebrewa vicz t̄ gentili. Sicut enī
 ap̄ut nos duo fūt̄ genera p̄sonaruz. sc̄z laicales
 et ecclesiastice. sic et ap̄ut gentiles et Hebrewos.
 Ap̄ut gentiles quidē seculares p̄sonae erāt Ixē
 monarca. sc̄z imperator romanus. patricij quidē
 senatores dicebant̄. ab quoꝝ arbitrium vniuer-
 sa ordinabantur. reges. duces. comites. p̄fides.
 p̄fecti. suffecti. tribuni militum. tribuni plebis.
 pretores. centuriones. decuriones. quaterniōes
 diuini viri. questores. ediles. et aule ianitores.
 Inter poetas vero erant aduocati carminū. re-
 latores carminū. scriptores comedii. tragedi. t̄
 historiographi. Vates autē qui a vi mentis di-
 citus est. modo sacerdotem. modo p̄phetam. mō
 poetam significat. sc̄dū p̄sidorū. In ritu templo-
 rum erant ap̄ut gentiles archiflamines. p̄t̄bo-
 flamines flamines t̄ sacerdotes vt iaz dicetur
 Crāt quoq̄ ap̄ut eos viroꝝ. t̄ mulierꝝ religiosi
 conuēt̄. Ap̄ut Hebrewos quoq̄ eadē erat diuer-
 sitas p̄sonarū. alie namq̄ erant seculares. alie di-
 uino cultui. vicz in templo dedicatae. In templo
 erāt sūmū sacerdos vt melchisēdēch. mōnores sa-
 cerdotes. leuite. natīne. lūminū extinctores. exor-
 ciste. ianitores. et edici. seu cātores. Sup̄ p̄plūz
 vero regendum erat dux p̄pli moyses. et sub eo
 quos ipse constituerat ab cōciliuz ietro socii sui
 Crāt etiā ciliarcte. et acontarcte. p̄tacōtarche
 t̄ decacōtarche. i. millenarij. cēcenarij. quinqua
 genarij. et decani. Cilios enī interpretat̄ mille
 et arctos princeps. inde ciliarcha. i. princeps su-
 per mille. et acientū. inde etacōtarcha. qui sup̄ cē-
 tuſ potestatē habebat. Henc hæcōtarchus dicit̄
 qui preest quinq̄inta. pentha. em̄ quinq̄ sonat.
 Decanus qui decē deca enī decem sonat. Ap̄ud
 xpiānos q̄ similiis diuersitas rep̄it̄. Et nota q̄
 xpiāni a xp̄o dicti sunt. xp̄i vero a crisma t̄ de
 dictū est in pte prima sub t̄. de oſcracionibus.

Momē xpianorū primo in antiochia inuentum est. Antea eū omes vocabātē discipuli seu frātres donec ap̄lī in antiochia conciliū fecerūt. Et dicunt xpiani ortodoxi. idest recte gloriantes et vt credūt viuētes. nā ortox grece dicit̄ recte latine. et dōxa gloria. Dicitur ergo xp̄s a cr̄smate q̄si vncetus. Ip̄e autē vncetus est eterna līt a t̄d p̄re ōsortib⁹ suis put̄ legitur in actib⁹ apostolor̄. et hoc nomē est oleum effusū. Hoc est q̄ in veteri testamento sacerdotes et reges xp̄i nūcupantur q̄r vnceti erāt vñctionē tempali iuxta illū. Molite tāgere xp̄os meos. Doc autē nemen xp̄s nō est ppriū nomē saluatoris sed ē cōmūnis nūcupacio potestatis. est enīz cōmūne nomē dignitatis. Sed hoc nomē it̄x̄sus xp̄rium est vocabulū personē saluatoris quo ab angelo gabriele in conceptione wcat⁹ est. euangelista testātē. wcabis inquit nomen eius it̄x̄sum et ab hominib⁹ in circūcisionē. Et nō a q̄r it̄x̄sus dicitur hebr̄ale messias. grece xp̄s vel solter. vel sophir. latine vncetus ut p̄missū est. vel saluator eo q̄ ipse saluum faciet populu suum a peccatis eoꝝ. Potestatem enīz habet dimittendi peccata siue ipse dicit. vel salutaris. quia ipse nobis salutē dedit. Si eū p̄cepta eius seruauerim⁹ vitā eternā possidēbim⁹. Doc autem nomen it̄x̄sus p̄phiriūs philosopbus greca et latina lingua perit⁹ scribebat latine it̄x̄sus. grece vero per h. quam greci p̄ ō longa sonat. Vnde et quidam proferunt gysus. latini vero p̄ e longa. Recti⁹ ergo videtur sic esse pingendūm it̄x̄sus p̄ grecā abbreviacionē q̄z it̄x̄sus p̄ lat nam aspiracionē. Sed et hoc nomē xp̄s cū sit grecū greca scribitur abbreviacionē sic cr̄stus. Nam greci ponunt x. pro thi. p̄ vero pro r. et c̄ pro s. Si aut̄ scribitur p̄ s latina terminatōne finitur ergo si lōgo sc̄mate scriptur. sic p̄ aspiracōez pingat cr̄st⁹. Circa noia aut̄ xp̄i notandū est q̄r q̄dam ex ip̄his dicūt de xpo relativē vel q̄si relativē. vt pastor sp̄s et mediat̄. quēdā nō relativē. vt homo quēdā translatiue. vt agnus. ouis. vitulus. serpens. ariens. leo. vermis. et quēdā cū sint instituētōne relativā. sūt et p̄ero gatiua priuilegiū propriata. vt xp̄s. It̄x̄sus autē est ppriūm nomen eius ut p̄missū est. vocat̄ ecīaz christus alpha et o. id est principium et finis. et hebraice emanuel. q̄s est nobistūm deus interpretat̄. Nobiscū em̄ est per presenciaz maiestatis et per participaciōez veritatis. p̄ vñculum caritatis. et per adimplecōez veritatis. Vocab̄ preterea via veritas et vita. via in exemplo vel p̄cepto. veritas in p̄missō. vita i premio. Sabaoth vero idest deus exercitu. adonaij. quod est domine. atbo iathos. idest imortalis. kyrlos. idest dominus theon. idest dominus. pantheon idest pater disponib⁹s. vel perfectus. homoyson idest unus essencie nomina sunt dei. non tantū persone cr̄stihocatur preterea xp̄s sc̄m psalā amabilis. osiliarius. deus. fōt̄s. pater futuri seculi princeps pacis. Ammirabilis i incarnaciōne cō-

siliaris in integrā rerū cogniciōe. de rē rē rē creacionē. fortis in rē rē dispositiōe. pater futuri seculi. in meritorū retrubucione. princeps pacis dicit̄. vel q̄r fuit mediator dei et hominū. vel etiā hominum et angelor̄. vel quia confert illis pacē que exupat omnes sensum. cui⁹ pacis non erit finis. vocat̄ et à cr̄stus ineffabili noīe th̄togramaton. idest quatuor literaz que sunt ioth. iee. vau. ixt. que sūt apud nos. i.e. v. x. Est ergo nomen ieut̄e q̄s dicit̄ ineffabile nō q̄r non valeat fari. sed q̄r nō est deus. hoc nomine nisi in arduis inuocābus. vel q̄r eius sentencia sufficiēter nequeat explicari. Cuius interpretatio est talis. ioth principium. iee iste. vau passionis ixt vite. quasi iste est principium v. te passionis. Genitiuus more grecoꝝ p̄mit̄ p̄ ablatiō. paf sionis p̄ passione. idest p̄r passionez. Quonid̄o autē vita nostra ab ipsius morte depeñeat non possumus intueri. de hoc dicit̄ i tercia parte s̄ti. de inđumēts legalibus. Doc autē nomē deo appropriatur patri et filio et sp̄us sancto prout in symbolo athanasij legit̄. quamuis etiā quādoqz ad alias p̄sonas extēdatur iuxta illū. Ois nō tetralxes. Et alibi applica illū ad deos. Et ap̄l⁹ Nam et si sunt qui dicant̄ dij. siue in celo siue in terra. nobis tantū unus deus pater ex quo oia. et itez si nostrū euangēliū est optūm in his que pereunt est optūm in quibus deus huius seculi execauit mentes infidelium. Kursus it̄x̄sus dicit̄ est nazarenus a quodā vico galilee. deus dicit̄ est pp̄ter vnicā cum patre substanciā. Domini vero dicitur pp̄ter seruientē creaturaz. Deus et homo dicitur. q̄r verbum et caro. Verbuſ dicit̄ quia pater p̄ eum omnia cōdidit siue iussit. Ima go die ē pp̄ter parē similitudinē p̄ris. Siquidez ap̄s xp̄ianos seculares p̄sonē laici dicunt̄. laos enīz grece dicit̄ populus latine. Clericales sunt que in ecclesia deseruiunt vel ipsā regunt. a cleris q̄s est sors put̄ iam diceat̄. Doc autē subdiui dūtē m monachos. idest i singulariter degētes. Nā monos grece dicit̄ singlāris latine et alios religiosos. Sunt autē quatuor genera monachorum. alij sunt cenobite qui vic̄ cōmūni monasterij regula et vita obediēcie maior̄ deseruiunt. alij sunt anachorite qui vic̄ edificant solitudes et quamuis in cōmūni vita positi. priuate tamē templatōni vacant. alij sunt heremite qui vic̄ solitarie in desertis degūt. alij sunt girouagi. i. vagabūdi et circūcelliones. Religio vero dicta est quia p̄ eam vni deo religiamur ad diuinū cultum vinculo seruēndi. et in clericos secl̄ares q̄ usurpato nomine seculares dicunt̄. ad differēciam regulariū qui pp̄rio carent q̄s nō ostingit in istis. Nam et sc̄m augu. Bonus monachus vix bonū clericum facit. Deb et eccl̄asticaz p̄sonarū duo sunt genera. Maz aliud est dignitatis aliud ordis. Dignitatis ut papa. patriarcha. p̄mas. archiep̄us. siue metropolitanus quod itez est. episcopus. archiep̄s. archidiacon⁹ et archi presb̄ter et pp̄positus. Quamuis omes qui p̄sunt

prepositi generaliter nite vocentur. In choro vero psone sunt decanus subdecanus cator siue precentor succentor thesaurarius siue sacrista archidia colo et huius. Dignitates autem ut et ordines a lege origine et exempla traxerunt iuxta illud. Constitutes eos principes super omnem terram. quaquez quibus dicuntur dignitates a gentilitate summissae inchoi. Ordines autem psone sunt sacerdos diaconus et ceteri quos inferius psequebuntur. Qualiter a veteri ritu taz gentiliu quaz hebreorum ad cultum vestrum ecclesie translacio personarum facta sit. et quod later ab illis psone dignitatibus in ecclesia originem habuerunt breuiter videamus. et quidem dominus papa qui pater vel custos patruorum est vice gerit summi pontificis. Romanus impator monarche similitudinem gerit. Senatoria et patriciorum dignitas manet in ecclesia in quatuor patriarchis. et in ecclesia romana in cardinalibus primates qui tribus archiepiscopis praesesse habent regem exprimitur qui tribus ducibus perit. Metropolitani seu archiepiscopi ducibus compantur. qui pluribus comitibus prae sunt. sicut illi pluribus episcopis. Pelagius enim papa dicit quod una summa habet regem et metropolitanum. episcopi comitem similitudinem gerit. Coepiscopi quoque potestas sublata est per fidum et prefectorum. prepositi vero et tribunos militum imitantur. archipresbiteri tribunos plebis cancellarij. pretores. archidiaconi. centuriones decani. decuriones. presbiteri. curati. abutocatores. Personae quoque ordinum ab illis originem habuerunt. Nam presbiteri vices gerunt ediliu. diaconi quaternionum. subdiaconi duorum virorum exordiente questores imitantes. ostiarum aule ianitores. lectores carminum relatores. acoliti carminum scriptores. Sane episcopalibus ordo secundum ysidorii quadriptitus est videtur in patriarchis. archiepiscopis. metropolitatis. atque episcopis. Apostolica autem sedes sicut ait anacletus papa caput et cardo est aliarum quoniam sicut ostium cardine regitur. sic illius auctoritate omnes ecclesie reguntur. et inde dicti sunt cardinales per quos tota ecclesia sicut ostium per cardinem gubernatur. Huius autem platus papa id est pater primus vocabatur. id est universalis quia universalis ecclesie principatur. et apostolicus. quia principis apostolorum vice fungitur. et summus pontifex. qui caput est omnium pontificum. a quo illi tanquam a capite membra descendunt. et de cuius plenitudine omnes accipiunt quos ipse vocat in ptem sollicitudinis non in plenitudinem potestatis. Hic est melchisedech cuius sacerdotium non est ceteris comparatum. Patriarcha vero greca lingua summus patrum interpretatur. quia primus. id est apostolicum retinet locum. Et ideo quia filius honore fungitur. tali nomine censemur. sicut romanus ostentopolitanus. anthracenus. alexandrinus. ilero. solimanus. Dicimus etiam patriarcha quasi pater archie. id est ecclesie vel patrum princeps. Archos enim grece princeps interpretatur latine. Dicimus in Moyse qui aaron in pontifice oleo se creauit. Archieps greco vocabulo dicitur eo quod sit summus

seu princeps episcoporum. Tenet enim vice apostolicam et presidet tam metropolitans quam ceteris episcopis. Metropolitani seu metropolite a mensura ciuitatum vocantur. Singulis enim priuicijs preeminet. quorum auctoritatem et doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt. siue quibus nihil reliquias epis agere licet. sollicitudo enim tocius priuicie ipsius omessa est. Non pelagi papa ait. Scitote certam esse priuiciam que habet. x. aut. xi. ciuitates. et unum reges. et totidem minorum potestates sub se et unum metropolitani. aliosque suffraganeos. x. vi. xi. episcopos iudices. ab quorum iudicium omnes cause eporum et reliquorum sacerdotum ac ciuitatum referantur. Omnes autem supius designati ordines episcoporum et superiorum uno eodemque vocabulo episcopi nominantur. sed priuato nomine quidam utuntur. propter distinctionem potestatum quam singulariter accepérunt. episcopatus vocabuluz unde dictum est sub ti. de episcopo dicitur Porro secundum anacletum papam primates et patriarchae universorum nominum. sed eiusdem forme atque officij sunt. Et ideo quidam primates usurpat sibi nomen patriarchae ut aquilegenus. et granden. Prima clavis autem dicta est a priuiciis conversionis ab fidice. In concilio quoque africano statutum est ne prime sedis episcopus. princeps sacerdotum. aut summus sacerdos aut aliquid huiusmodi. sed tantum prime sedis episcopus appellaretur. Pelagius etiam papa statuit ut nullus patriarcharum universalis vocabulo unquam utatur. nec aliquis in suis episcopis universaliter nominet illum. quia si unus patrarcha universaliter dicitur patriarcha nomen ceteris derogatur et subterfugit. Ad hoc summorum pontificum presulum atque reliquorum sacerdotum institucio in veteri testamento summis exordiis. et in novo est plenaria consumata. summi namque atque minorum sacerdotum a deo per moysen instituti sunt. ut perpetuus esset cultus tabernaculi per successiones eorum a filiis israel ex anno xxvij. David autem ministeria domini dei ampli ans ianitores instituit et cantores. salomon exorcistas iuenit. sicut sub ti. de sacerdote dicitur. Nec dominia ecclesia in novo testamento imitata est ut iam dictum est. habet enim ianitores quos ostiarum appellamus. per cantoribus vero lectores simul et cantores instituit. exorcistas etiam noite et officio antiquo manente receperit per filios aaron omnes infra summi pontificis sacerdotes administrates consacrati sunt. inter quos quedam discrecio est exorta ut alii appellentur simpliciter sacerdotes. alii archipresbiteri. alii episcopi. alii archiepi. seu metropolitare. alii primates. alii patriarchae. alii summi pontifices ut plenissimum est. que discrecio a gentilibus maxime introducta est qui fuos flamies. alios simpliciter flamies. alios archiflamies. alios per prophetas flamies. id est primates appellabatur. hic in capite pillei habebatur. in quo erat brevis virga qua a carnibus sacrificiorum aures arcebatur. Pilleum autem ipsum defupli aliquid lane habebat. quod cum per estum ferre non possent. filium enim in capite ferre ceperunt. unus a filio quo ueabantur flamies dicti

fuit quasi filii minores. **V**erū festiū dieb⁹ filo deposito p̄ sacerdoti, eminēcia pilleū imponebat maiorū quoq; et minorū sacerdotū discrecio in nouo testamēto ab ipso xp̄o sup̄it exordiū. qui apl⁹ os pro maioribus discipulos p̄ minoribus sacerdotib⁹ instituit. petrū vero in summū sacerdotē elegit. **A**postoli ecclā eandem formā sicut i singulis ciuitatibus ep̄os et presbiteros ordinā uerunt. prout sub ti de sacerdote diceat. **L**euitas vero ab apl⁹ is legim⁹ ordinatos. **V**n ciprian⁹ ait. Memisse debent diaconi quoniā ep̄os et p̄ positos domin⁹ elegit. **D**iacon⁹ aut̄ post ascensum dñi in celū apostoli sibi ostiuerūt. subdiaconos et acolitos tēpe p̄cedēte ecclesia sibi constituit. **E**t sic canon clemētis pape testat̄. beat⁹ petrus ep̄os primates vñ priarchas in illis ciuitatib⁹ pon̄i p̄cepit in quib⁹ oliz apud eunuchos siue gentiles et āt flamines eoꝝ. atq; prime legis doctores in quib⁹ vero olim apud eos erāt eoꝝ archiflaminis. quos mindres reputabant quam dictos priimates eoꝝ archiep̄os instituti p̄cepit et i singulis reliquis ciuitatib⁹ singl̄os ep̄os. **A**naclet⁹ quoq; p̄p̄ istiuit̄ p̄sbiteros per castella et villas pon̄i et ordinari. **C**eterz in leuitico legiē voce supna ad moysen dictuz esse. loquere ad aaron homo de semine tuo. per familias qui habuit maculam non offerat panes deo suo nec accedat ad ministerium eius si cec⁹ fuerit. si claudus. vel paruo vñ grandi. et torto naso. si fracto pede. si mancus. si gibbus. si lipp⁹. si albulinem habens in oculo. si iugem scabiē. si impetiginem in corpe. si ponderosus. si languidus. quia indignum est dare deo quod te dignaēt homo. in quo instruim⁹ quales a clericatu sint repellendi. **D**icūtur autē clericī a clerīs grēce qđ est sors seu hereditas latine. qđi sint de sorte domini. vel quasi dñs sors eoꝝ sit. iuxta illō p̄petre. **D**ominus ps̄ hereditatis mee tē. **E**x qđ patet qđ nihil extra deū habere debet. sed solū decimas primi clās et oblatiōes que sunt hereditas domini accipiāt. Siue qđi sint sorte electi. In veteri rangū testamēto et apud gentiles clericī et sacerdotes sorte ex libris elegebant̄. et in nouo testamēto mathias sorte electus est. **P**rimus autē cleric⁹ fact⁹ est petr⁹. **Z**imgimus p̄p̄ compofuit clericū et distribuit grad⁹. **C**irca coronā clericōꝝ tria attentanda sunt. sc̄z capitū abrazio. capilloꝝ de truncatio. et forme circulacō. **A**d capitū abrazione tria sequuntur. sc̄z mundicie cōseruacio tenuacio. et deformacio. Mundicie cōseruacio quia ex capill̄ sortes in capite congregant̄. Deformacio quia capili ab ornatum sunt. significat ergo tonsura mundā et non formabilē vitā idest qđ clericī debent habere mundiciā mētis interiō et non formabilē vitam. i. non exquisitū habitū exterius sed in dyonisius in ecclastica ierarchia Rāfura quoq; et tonsura capilloꝝ est deposicio omnū temporaliū. Clerici enim victu et vestitu cōtra omnia cōmuniā habere debet. **V**n cōtra apostolū comā nō nutrit̄. sed caput desup̄ in

mōdūm sp̄ere habat. Denudacio autē ipsa sup̄oris partis capitū nullū debere esse mediū inter nos et deū demonstrat. ut reuelata facie gloriā dñi libere otempemur. **S**ic ūs radimus caput relictis inferius i modum corone capillis. quia caput mente signat. Capilli vero secl̄ares cogitationes. **S**icut ergo caput mūdatur sup̄ius a capillis. ita mens nostra dum sup̄iora idest celestia cogitat. a secularibus cogitationib⁹ mūdarū debet. sed p̄s inferior capillos habet. quia nō est p̄hibitum aliquando de secularib⁹ cogitare sine quibus vita p̄ns duci non potest. **C**irca truncacionē capilloꝝ notādū est. quia illa significat qđ clericī omnes sup̄flua cogitationes dñe a mente abscondere. ab tonso igit̄ capite et patetib⁹ aurib⁹ incēdere debet. ne capili crescentia opiant et oculos impedit̄. quoniā p̄uidendū est ne secl̄ares cogitationes aures et mētis oculos impedit̄ nos ad secularia trahant. **V**nde capillos sup̄ aures tōdeamus. ut quinque capitū sensus expeditos ad dei seriliciū habeāt. **B**ene igit̄ ad ezechielem dicit̄. xlissij. c. **S**acerdotes caput ūi nō rabant. neq; comā nutriēt. sed tontentes attonteant capita sua siquidē ut ait. greḡ. in pastorali libro sedo. c. xviii. **C**apilli in capite exteriores sunt cogitationes in mēte. qui ūi cerebrū insensibiliter ūi. curas vite p̄sentis exprimunt̄. que quia ex negligēti sensu importune aliquādo proteūt. quasi nobis nō sensientibus p̄cedunt. qđ ergo sacerdotes qui sunt sacri fideliū duces sollicitudines exteriores habere p̄nt nec tñ eis vñhemēter incūtere debet recte caput raterē et comā nutrire p̄hibent̄ ut cogitationes cordis de vita subditoz. nec a se ūidi tūs amputent nec rur ūi ad crescendum nimis relaxent. **E**t bene subdit̄ tōbentes attonteāt capita sua. ut vñcure temporalis sollicitudines et quātū necesse est p̄uidant. et tamē rescindantur cici⁹ ne immoteras ex crescant. **V**ñ ergo per ad ministrantem exteriores prouidēcia corporum vita p̄tegit̄. et rur ūi per moderatas cordis intencionē nō impedit̄. capilli in capite sacerdotis reseruant̄ ut cutem coopiant. et recessant̄ ne oculos claudāt. **C**irca forme circulacionē seu coronā sciendū est qđ fit ppter multa. Primo in signuz qđ xps rex noster seipſi in aracrucis oblatus spineā coronā portauit. **V**nde et nos qui p̄ eandē passionē saluari desideramus dominice passionis signū. idest formā spineē corone quā ipse ut spinas peccatorū nostroz auferret. in passione portauit in capite in verticib⁹ nostris portam⁹. ut sicut ille p̄ nobis. sic et nos p̄ illo irisiones et obprobria paratos esse libenter sufferre monstrem⁹. **S**ecundo circulus capillorum virtutē equalitatis vndiq; ūoni consensercentem designat. tūc eīn tpales res bene cogitantur si ūeniāt racōi. **T**ercio circularis figura fit. quia tēc figura non habet principiū neq; finem. p̄ qđ datur intelligi qđ clericī sunt ministri dei qui non habuit principiū neq; finem habebit

Quarto hæc figura nulluz habet angulū p qd significat q clerici non debent habere sordez in vita quoniam ubi angel⁹ ibi sordez. ut dic̄ ternet q debet habere veritatē in doctrina. quoniam veritas angulos non amat ut dicit ileronimus. **Quinto** qz hæc figura omniū figuraruz est pulcherrima. **Vñ** i hac de⁹ celestes creaturas fec p qd significat q clerici debent habere pulchri tuidinem interius in mēte. et exteri⁹ in cōuersatione. **Sexto** qz hæc figura est omniū simplicissima. **Mā** scđm augu. Nulla figura ex una linea pñ consitit nisi sola circularis que vñica linea claudit. p qd significat q clerici debent habere simplicitatē columbimā. iuxta illud. et simplices sicut columbe. **Septimo** corona clericos esse specia lit regnū dei demonstrat. ipi nāq sedm itero. fuit reges et sacerdotes. i. regales sacerdotes et fuit reges. i. se et alios in virtutib⁹ regentes. et ita in deo regnū habet. Sane rasura capitis clericorum fit sicut ait beda in historia angloz in memoriaz ei⁹ qz cū beat⁹ petr⁹ in anthiochia p̄dicaret abra serunt summitatē capitis eius in otumelia nomis xpiani et dominice passionis. quod quidē hodie toti clero tradit in honorem. Fuerunt tamē qui diceret q tōsurę ecclesiastice vſus a nazareis q omnia veteris legis custodiunt exort⁹ est. **Iij** enim prius crine seruato tenuo post magne vite otinenciam caput ratabāt. et capillos in ignē sacrificij mittebant ut perfectionem deuocōnis sue dño consecrarent. quoru exemplo ab aplis introductum est. vt et nazarei ac sancti tel crine pretōsō innouent quamuis olim xpiani a iudeis quasi in opprobriū nazarei vocarent. p eo q saluator noster a vice quodā galilee nazaren⁹ appellat⁹ est. Protest etiā dici q vſus tonsure a legē occasione traxit. Sacerdos nāq legis tyarā idest pilleū ex bisso in modū medie spere in capite rex vero coronā gestabat. pars vero capitilis rasa tyaraz. circulus criniū designat coronā. ad notandū q instituit eos deus genus electuz et regale sacerdotiū. **Kursus** lex coronam quatuor digitoz sup mensam et defup aureolā fieri iubebat. **Cetero** ad ezechielē dñs dicit. Hume gladium acutum educ p caput tuū et barbam. longitudo nāq capilloz multitudinē significat peccatorum. **Domine** igīt clerici barbas sibi ratere informantur rasio nāq piloz barbe qui ex superfluis stomachi prouenire dicūt humoribus. designat q via et peccata que i nobis superflua sunt resecare debemus. **Nadimus** etiā barbas ut p innocentia et humilitatē puri videam⁹. et angelis qui semp in iuuenili etate florēt coequuntur. **In** ieunijs tñ quādoz capillos crescere p mittim⁹. qz cogitationes que cōtra deū nō sunt vt est ecclesia edificare. agrū colere. et similia q tpe abstinentie fieri solent prohiberi non debent. Concilium carthaginē. statuit vt clerici neqz coman nueriant neqz barbam. Ordinan⁹ autē clerici ut deo seruiant. nec de cetero seruiat mundo. nec glorie mudi. debet ergo offerre corpora sua.

hostiam viuentem sanctam deo placentem. **Vñ** apl⁹ us ad romanos. Confundat omnes qui gloriantur in stulticia. id est in gloria mundi que non est vera gloria. sed imago glorie. Quare autē ordinabis manus imponat. dicetur in tractatu de diacono. Ordinatur in quatuor tempib⁹ ideo qz sacerdotes et alij clericī locū in ecclesia obtinent quem levite in populo iſratel obtinuerunt quos sicut in libro numeroz legitur domin⁹ p primogenitis recipit. et eos in egipto dum primogenita egipciorū interficerentur custodivit primogenita vero quasi quedam primicie sunt. **Vñ** quasi primicies dño offerim⁹ cum aliquos ad sacros ordines conferam⁹. Conueniens igīt est vt in primiciis temporib⁹. scz in quatuor temporibus primicias hominū offeram⁹. Kursus ideo in quatuor tpebus et vt quatuor virtutib⁹ exornetur. et sub quatuor euangelij seruire xpo et ecclesie moneant. In vere vt virtutib⁹ florent. **In** estate vt fruct⁹ afferat. i. autūno vt fruct⁹ bonoz opum metant. **In** veme vt collectos cōseruent in horreo et eis fruan⁹ in domino. et vite in sexta pte sub sabbato post dominicam. xvij. Ideo autem pocius in sabbatis quatuor tpm qz in quartis vel sextis ferijs fiunt ordinacōes qz illa dies spirituis sancto consecrata est. cuius domina in ordinib⁹ recipiunt. Preceptū cū est priori populo sabbatū celebrare. ad hoc vt esset figura sanctificationis spirituū sancti. **Vñ** exodi. xvij. Requies sabbati sanctificata est dño. Et iteruz Eustobite sabbatū meum. sanctū est em̄ nichil. qz erit signū inter me et vos in generacionibus vestris exodi. xxxi. et. xxxv. c. Preterea nūquaz legim⁹ in gen. sanctificationē fieri p om̄s priores dies. sed de sabbato solū dictū est. Sanctifi cauit deus diē sabbati. fiunt etiāz in sabbato in signū qz ordinandi debet habere sabbatū pectoris ut tandem transeat ad sabbatū eternitatis. Ordinacio autē que fit in sabbato sequentis diei est. figurat enīz sacerdotes ordinatos esse ministros diuersoz dominicoz sacramētorum. **Deoqz** fit hora nona. qz iam illud tps ab dominicū diez scz resurrectionis intelligit p̄tinere. Ordinandi em ab xpi similitudinē sabbato resurrexisse itel liguntur. Congruē igīt in hac die. scz dominica celebrant ministeria sacerdotaliū benedictionū. in qua sūt collata carismata graciaz. **In** ea em̄ domin⁹ resurrexit. in ea apostolis inflavit dices Accipite spūmā sanctū quoqz remiseritis peccata remittunt̄ eis. In hac pmissus spūmāctus ad uenit. recte ad eas bñdictiōes sacerdotiales dirigimus. ut cum apl⁹ hilariter cantare possim⁹ Veni sancte spūs reple tuoqz corba fiteliū. ordinatoz. fiunt etiā ordinacōes in sabbato mediane ebdomate. xl. q cantat. Sicientes et etiāz in sabbato sancto. Verumtā vſez ad tempora Simplicij pape romani pontifices dicunt̄ semp. in decembri ordines celebrasse. ut diceat in sexta pte sub sabbato post xvij. dominicaz. **Vñ** et tunc officia plena inueniunt̄ qd in alijs non cōtingit

In sabbato vero ante pentecosten ordines sa-
cri non conferuntur. quia in sequenti tunc septimana
recepta spissancti gracia celebrauntur. Solus autem
romanus pontifex potest subdiaconos facere in
diebus dominicis. Alij plati possunt in diebus domi-
nicis. solum minores ordines offerre. et virgines
consecrare. Si autem virginem necessitate in die
dominica ordinatio fiat. quia forte pfecti non po-
tuit in sabbato. debet hoc fieri ieiunio continuato
tam ab ordinando quam ab ordinatore. quia tunc pfecti
continuacione ieiunij singulis una dies. Ceterum in
quibusdam locis habentes festa suorum ecclesiarum
in sabbatis quatuor temporum transferre dicuntur
selunum in precedentem septimanam ob honorem suarum
festivitatum. sed diem nec hoc eis licere. nec
tunc posse ordines celebrari. Melius igitur esset fe-
stivitates ipsas transferri. de hoc diceatur in sexta
pte sub quarta feria tercie ebdomade aduentus.
Quia die et hora fiat eporum consecratio sub ti. de
epo dicetur. Illud etiam considerandum est quod sacerdo-
tes et diaconi tantum nominantur ab apostolo in epi-
stola eo quod ipi principue in mysterio altaris necessa-
ritate ministerij propter multitudinem crederent
eum recte per illos non poterat adimplere. Unde et se-
cunduz ambrosi. Non ordinatio principue circa
altaria celebratur. et pro eis epis ante altare pro-
sternitur. Alij vero nequaquam ab altare ordinan-
tur eo quod nec ad altaris mysteria statuuntur. sed alia
officia implent sive cantando sive legendo sive
alia seruicia faciendo. Omnes tandem querunt faciem per
lati. id est presenciae domini ut valeant in primo
genitis hereditare ad instar iacob qui sibi fratres
primogenita vendicauit. Et atrente quia in quibus
dam ecclesiis immediate post collacionem cuiuslibet
ordinis cantatur responsoriuム vel tractus. et
bene. ad notandum quod ordinati ad sollicititudinem
et labore que per illa designantur vocantur. Quia ve-
ro de virginum consecratione mencio facta est. vi-
dendum est primo quibus diebus bollandicantur. Secundo
quid significetur que in eorum benedictione aguntur
benedicunt autem in dominicis diebus et in diebus
epiphaniarum et in albis paschalibus et in festis
apostolorum ut spiritus sanctus super eas simplices ut
columbas descendere videatur. Et ut per apostolos qui
morez virginitatis ecclesie prius trahiderunt quoniam
per paranimphos sponsos dominum consecrantur. Sequitur
vide quid significant que in eorum benedictione aguntur. et licet omnis anima debet respondere per
fides. Unde osee secundo. Sponsabo te mihi in fide
virgines tam specialius christi sponsari dicuntur
quia eorum caro carni christi familiari se conformat
per eum quod illa sicut nec caro christi corruptionem non
sensit. Et inde est quod virginem sequuntur agnitos
quocumque erit. apoc. xiii. Sane virginem benedi-
cere sub papilio vel aliquo alio loco stant in
cluse. que archiprestero vel alio ante euangelium
alta voce cantantem prudentes virginem et ceteros ardentibus in manibus nudis capitibus ex-
tent obuiam et ecclesiam ingrediuntur. Siqui

benti cereos acerosos ferunt in manibus iuxta illum
luc. xij. Sunt lumbi vestri pauci et lucerne ardentes in manibus viris. ut ostendatur se imitari pru-
tentes virgines quae ornauerunt lampades suas
et exierunt obuiam sponsi. Sponsus namque earum
christus est quem pontifex eius vicarius representat
Lucernas quidem ardentes in manibus tenere est
per bona opera exempli monstrare. iuxta illum. luc. xv. Luceat lux vestra coram hominibus
ut videatur opera tua bona et ceterum. Gressus vero eorum
de papilio. et ingressus in ecclesiam designat quod
per suscipientem benedictionem et christi desponsatio-
neum. de argasculo et eruminis ac tenebris pretiosis
muniti fallacijs ad celestis regni libertatem. Gau-
dium ac claritatem et ad summi regis thalamum
transducuntur. Unde in cantibus. Veni electa mea
et ponam in te thronum meum. Nudis capitibus obuiam
veniunt et pontifex cantando dicit illis. venite.
et ipse similitudine cantando respondent. et nunc sequimur
ad representandum quod in cantibus legitur. Surge
amicus meus sponsa mea ostende mibi faciem tuam.
et sonet vox tua in auribus meis. Rursum tenua
et capitulo depositionem et ab renunciatione mun-
dano rum cōgrue designat nudato etiā capite
ecclesia ingrediuntur. ad notandum quod velut formo-
se et sponso placide in ipius sponsi tabernaculo
introducuntur iuxta illum cantum. Misericordia sum sed
formosa. Et introduxit me rex in tabernaculum
suum. Ter autem dicitur eis venite ad notandum quod
ad hoc tripliciter debet venire. scilicet per abbicationem
proprietatis. per votum castitatis. et per sponsionem
obedientie. debet quidem venire. Primo per abdi-
cationem proprietatis de conuersatione mundana.
de seruitute egliptiaca. de carcere. de laqueis et
de retribus. Unde ps. Cabent in retiacolo eius pec-
atores. Et sapie. xiiij. b. creature dei facte sunt
in temptatione anime hominum. et in muscipulaz
pedibus insipienti. Secundo debet venire per votum
castitatis de delectatione carnali. et de imundicia
et de loco toxicato. de quo si quid anima sumit
et penitentia non recipit mortem eternam. Tercio per sponsionem obedientie. de propria voluntate
sicut de corruptione et libano accesso et de babyloni-
ca fornace. et ideo cum pueris qui erant in for-
nace illa dicuntur. et nunc sequimur in toto corde
et timemus te et querimus faciem tuam daniel. iij.
parum ante ps. Benedicite. De qualibet autem
istorum excludendum est firmo cordisposito solen-
ti voto et tocius vite pseuerancia. Et haec sunt
quoniam tres die. exo. iij. g. Viz trium diebus ibimus in
solitudine. quas tres dietas promissemus tres vocatio-
nes tripliciter facte designantur. Quia vero post
suscepimus eam laudabilem positionem restat insidie.
et temptationes demonum atque acerrima nostra mu-
ndum carnem et demones certamina. et insuper re-
gularis observatione difficultas. que mulieribus
infirmitas sufficienter per se sustinere non potest. Ideo
disiunum auxiliu et sanctorum suffragia per letaniias
que subiecte implorantur. Consequenter denuntiantur
vestes veteres. et induunt nouas benedictas. qd

notandum quod in hoc deposito vetus homo exiuitur et nouus induit qui sic legitur epb. liij. f. creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. et debet esse vestes mundae et candide ad designandum quod quia dei filio deponatur. debent de cetero se sanctas et mundas absque macula preservare vel preservare iuxta illud apli. Deponendi enim vos vni viro virginem castam exhibere christo. hoc enim canticus seu mandicaria vestis ostendit. **V**nus eccl. ix. c. **O**mni tempore vestimenta tua sine candida. et hoc sumptum est a beata cecilia que exterius veste fulgebat inter castitate mitebat. et ab angelis qui in christi resurrectione vidi sunt in vestibus albis. vel si sit niger habitus significat carnis mortificationem. quia enim christus spiritus suus mortuus est pro ipsis debet et ipse commori per illo. **V**nde gala. v. **C**ui christi sunt carnem suam crucifixum cum vicissim et occupasse ei. **E**t ad ro. vi. **S**i coplantati facti sumus similiitudinem mortis christi simul et resurrectoris erimus. Rursum nigredo habitus est contemptus virilis amplexus. Subsequenter induit vestibus bene dictis versus epm veniunt. quasi ipso actu dicant regnum mundi et omnem ornatum seculi contemplamus propter amorem domini nostri Ihesu christi et cetero. **V**ela quod super seapulas et pectora dependencia ex institutione solitatis pape cum signo crucis earum capitibus ponuntur. **P**rimo ad significandum quod per christo debent mundum humiliiter corde et ope ostendere et sefus velare. ac memoria passionis christi munire. ne ad mundana lascivitatem excent. **V**l illa ad illarum sensus intrent iuxta illud gal. v. **M**ibi mundus crucifixus est et ego mundo. Scendo velatur quia non sicut ymago dei. **T**ercio ut ostendant subiecte. Quareo scilicet ut illicite cunctis viris appareat. **N**onne ne species eorum occasio inspectibus sit peccandi. quia ipsi ait. **D**ñe delectasti me in factura tua. et creature dei facte sunt in temptatione ut permisum est. **V**elut ergo est signum pudoris et futuri honoris. **P**onente quod christus deponatur qui est alpha et omega. id est principium et finis iste dat eis annulus qui rotundus est. principio et fine carens. et ponit in quarto digito ex quo vena quedam sanguinis ad cor pendit. ut sciatur se spiritum suum christum toto corde tebere diligere et ei inseparabiliter adherere. **P**ostremo vero coronone capitibus eorum ponuntur. iuxta illud in canone. **V**enit sponsa christi accipit coronam et. **A**d notandum quod quando virgo per consecrationem summo regi deponatur regina efficitur. id est se et alios in virtutibus reges. **V**nus puer. primo. ut abbatum gratia capitulum tuo et torques collo tuo. In qua coronatione pontifex cantat illud canticum leticie. **V**e n electa mea et. tanquam celestis sponsi paramimus et hinc est quod illarum amici et osanguinei in hac consecratione letantur. Leo papa primus instituit in concilio calcedonii. quod ipse celebravit solas virginis tebere velari. **C**uius vero in permisso de velo mecio facta est. ideo notandum est quod velu aliud est ouerionis. aliud consecrationis. aliud professionis. aliud ordinationis. aliud prefacionis. **V**elut

conuersionis. aliquod de seculari vita ad religionem transiens assumit. et tunc si per annum inter velatas steterit ulterius exire non poterit. **V**elum consecrationis a solis episcopis solo virginibus et solu in festiis et dominicis diebus dat. virgente tam necessitate sicut et baptismus. omni die dari possunt. non dat etiam nisi in. xxv. anno illud recipiunt nisi forte dispensatiue. **V**elum autem professionis suscipitur a virginine quando continencia proficit non tam ante. xij. annum. quoniaz nec ante illud tempus benedicetur. **D**atur velum huic cui bene dictione solenni. et cum letania. hoc velut nullus epus dat viduis vel corruptis. sed ipsamet de altari ut dicunt quidam assumit. Sane virgo et non vidua. **S**ed ab episcopo velat quod virginem in hac defensione typum gerit ecclesie quam pura et virginem unius nuptie viro. id est christo. **E**t in signum huic rei velat ab episcopo. quia a christo recipitur in coniugio. In cuius persona dictum est. annulo suo subarrauit me dominus. sed vidua non gerit in tali facto typum ecclesie sicut virginem cum non sit integramente et corpore sicut illa. **V**nde non sic coniungitur christo ut representet ecclesie coniunctionem. quare non velatur. **P**reterea sacerdos probatur secundis nuptiis interesse et super secundo nubentes benedictionem infundere put dictum est in primis parte sub titulo sacramentis. sed hec vidua quasi secundo nubitur. primo homini postea in professione christi. Ideoque ei quasi celebrari secundas nuptias non porrigit velum consecrationis. nec etiam professionis. sed ipsa illud suscepit de altari. **A**ntea tamen quidam quod licet non ab epo. potest tam a sacerdote velo professionis vel conuersionis velari aquo seu a cuius mysterio habitu seu veste religiosam assumit. **I**n libro tamem pontificali secundum ordinem romanum habetur benedictio viduae otinenciam probantis et veli eius. Nam et dominus fareptanam viduam per heliam propter tam etatus est. **E**t vidimus in urbe epm hoc stensum inter virginem benndicere duas viduas moniales. **V**elum ordinacionis olim diaconisse in quadragessimo anno dabatur ut posset legere euangelium in nocturnis in concilio laudie. statutum est ut mulieres quod apud grecos probitare appellantur. apud nos vero viduae aut seniores viviire aut matricurie appellantur. in ecclesia tanquam ordinatas constituit non tebere. **V**elum prelacionis olim abbatis in. xl. anno dabantur. **I**llud autem scientibus est quod sacrosancta mater ecclesia gradus et ordines habet distinctiones. et romanus pontifex celebriter missarum solemnia agens sex habet secundum ordines clericorum. scilicet episcopos. probitarios. diaconos. subdiaconos. accolitos. et cantores. ipso numeri sacramento perfectio nem huic offici manifestans. **S**enarius namque numerus perfectus est. put in plenum tercie psalmi dicentes. sed et sex ordines missarum. fuisse in veteri legitimus testamento. vicarii. pontifices. sacerdotes leuitas. nazareos. ianitores. et psallentes. quos ex maiori parte distinxerunt arthaxerxes in epistola quae estre scribe direxit dicens. **L**otum facimus de sacerdotibus vniuersitis et leuitis. catoribus et ianito

ribus. nathineis et ministris domini dei. ut eius re
ctigal tribucū et annona nullatenus imponant
Ordines vero ecclasticos. Silvester papa emi
merat dicens. Pontifici presbiter. presbitero dia
conus. diacono subdiaconus. subdiacono. acoli
tus. a colito. exorcista. exorciste lector. lector
ostiarius. ostiario abbas. abbatii monachus. in oī
loco obsequiū representet. Beatus quoqz p̄fici
ta dicit generalit clerici nūcupant omnes qui i
ecclesia xp̄o deseruiūt quoru gradus t nomina
sunt tec. ostiari. psalmista. lector. exorcista t c
Menonez etiā facies post alia de cantore t hi
dimes gautent priuilegio clericali. Verumt̄
quidā p̄fidi heretici sacramentū ordinis adem
nantes falso menciūtūt q̄ eccl̄a xp̄i nō habebat
p̄sonas quas exorcistas. ceroferi os. lectores
vel subdiaconus appellaret. sed solū exorcistas
demoni qui aduersabāt paulo. nec ea que xp̄s
fecit vt apl̄us dixit. p̄ tam vilibus significatio
nibus que infra sequūtur fecit t dixit. sed a cito
ra t preciosiora que romana nescit eccl̄a demō
strauit. Nō autē ordinū quibz sunt non sacri
et quibā sacri. Nō sacri seu miores ordines sūt
hi. Cantoratus. psalmistatus. ostiarius. lecto
ratus. exorcistatus. acolitatus. Sacri vero seu
maiores sunt isti. subdiaconat. diaconat. pres
biteratus. ep̄alis ordo. Cōmuniter autē assere
septē ordines fore. quoqz ostiari est primus. et
sacerdos vltim⁹ ppter septiformē spūffacti gra
eiaz. Quis munere sua officia psequuntur. Si
autē velis ad singulos ordines singula dona refer
re a timore incipiens illum ostiario deputabis.
t exm̄ singula singulis referēt sapiaz p̄ esbi
tero abapeabis. Ne autez sūt septē mulieres in
quib⁹ spūffant. t abet hospicium t unaqueqz
illaz sūt pat comisiū. sūrsum spūlitter ostia
ri est quicūqz spūlitter alios i eccl̄az itroducit
idest qui fidem p̄dicando docez. lector est quilibet
mores docendo. exorcista orāto. acolitus illumin
ando subdiaconis humilitatē monstrando. dia
conus alios exortando. sacerdos sc̄pm hostiam
sanctā deo offerēto. ep̄iscopus sacramēta mini
strando. de quolibet tamē seriatim specialitē pro
sequamur.

De cantore.

DOnnulli cecitate ignorancie ducti cā
toratum de minoribus esse autumant
ordinib⁹. p eo q̄ vt iam p̄missum est
in quibusdā canonib⁹ inter minores
ordines fit mencio de cantore. Falluntur tamē
quoniam nomen est officij et non ordo. qui autē in
veteri testamēto cātores dicti sunt. hodie lecto
res vel psalmiste vocantur. Cantor itaqz vocat
qui vocē modulat̄ in cantu. cui⁹ duo sūt in arte
musica genera. sc̄ p̄centor. et succendor. p̄cen
tor vocē p̄mittit in canu. succendor canendo
subsequenter respondet. Concentor vero dicit
qui consonat. Unde qui nō consonat nō cōcinit
nec concentor erit. Sane bauid ppter eximi⁹
cultum dei volens solēmus ampliare cantores
instituit qui coraz archa federis dñi musicis in

strumentis t modulatis vobis de cantarē. in
ter quos p̄cipui fuerūt heman. asaph. t ethan
sūt omniū primus heman. cui⁹ vicē nūc in eccl̄
sia primicerius obtinet. vel p̄centor qui cantori
bus ē prelatus. Vnde legit̄ in paralipomenon.
Isti sunt quos constitutē bauid sup cantores do
mus domini stātes iuxta ordinē suū i ministerio
de filijs capbat heman cātor fili⁹ iotzel. t a tex
tris eius asaph filius barachie. ab sinistrā autē
ethan fil⁹ causi. Porro debet cantores solum
vocibus t suavi modulatōne concinere. q̄tenus
animos audien ciū ad teuotōnez dei valeat exci
tare. Verumtāmē sc̄dm greg. plerumqz i sacro
ministerio dū blanda vox querit congrua vita
negligēt et cantor deū moribus stimulat cū vo
cibus populum delectat. Ideoqz in eccl̄a roma
na altaris ministri cantare non debent. solumqz
euangelice lectionis officiū intrā missarū sole
nia exoluant. Et apl̄us ait. Cantates t psallen
tes in cordibus vestris domino. Et i hebreonim⁹.
audiant inquit adolescētuli. audiāt hi⁹ quib⁹ est
officium in eccl̄a psallēbi deo. non vox tantū
sed corde esse cantandū. nec irragebāt modū
gutur t fauces medicamine lmiende sūt. vt in
eccl̄a theatrales moduli t cantica aublantur
Cantans igitur in corde et in caritate cantet in
choro. quoniam magis teuotōne cordis qz iubi
lacione vobis cantandū est non tenens in manis
b⁹ cimbala v̄l aliqd huiodi put in veteri testamē
to fiebat. Ceterz ppter carnales nō ppter spūa
les cantandi v̄sus in eccl̄a institut⁹ est. vt qui
verbis nō cōpungunt. suavitate modulamini
mouant. Unde aug⁹. in libro confessionū. sūt
rubinem canendi p̄bat eccl̄ia vt p̄ oblectamē
ta aurum infirmior anim⁹ ad affectū pietatis
affurgat. antiqui p̄didie quo cantadū erat cibis
alijs abstinebant. p̄ter qz psallentibns legumi
mbus causa vobis. Unde t cantores vulgarib⁹ faba
rij dicti sunt. Cantores autē qui sunt dei laudato
res rep̄sentant p̄dicatores alios ad dei laudē ex
citantes eoz nanqz simplicia plebem amonet
in unitate cultus vnius dei p̄seuerare. Per can
toris quoqz officiū paterfamilias intelligitur.
qui de thesauro suo noua t vetera pfert. Nec ē
p̄tereunduz q̄ cantores tenet baculos in choro
ab representandū illud qz in lege precipiebat.
vt vīz edentes agnū baculos in manib⁹ habe
rent. significantes q̄ qui ad patriā festinat. esu
celestis agni t baculis. idest scripturaraz sentē
eis indigent cōtra demones. p baculos em̄ can
torum sentencias scripturaraz vel doctrinas p̄di
catorū intelligimus. Unde cum legit̄ euangeliū
deponunt. quia p̄ euangelicā p̄dicacōne lega
les deponim⁹ obseruācias. De choro dictū est
in pte p̄ima sub tractatu de eccl̄ia. De cantu
vero in fine p̄hemij quinque p̄tis dicit̄.

De psalmista.

DSalmitatus q̄nqz tonsuratus vobis
sicut constitucio Innocencij. iij. euātē
ter ostendit. quandoqz etiāz clericat⁹